



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. clxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De eadem re. Cap. CLXI.

QVos coniūxit vnum coniugium, coniungat vnum se- *Itē eiusd.*
pulchrum: quia vna caro est, & quod Deus coniun-
xit, homo non separet.

De eadem re. Cap. CLXII.

VNaquæque mulier sequatur virum suum, siue in vita, *August.*
siue in morte. *dicit.*

Quorum mens vna fuerat, sepultura non separet.

Caput CLXIII.

Soror sancti Benedicti sepulta est in sepulchro, quod i- *Item*
psē sibi præparauerat, vt quorum mens vna semper fuit *August.*
in domino, eorum quoque corpora sepultura non separa-
ret. Ita in primo connubio coniuncti, quia vna & eadem ca-
ro est, in vno sepulchro sepeliantur.

De rebus immobilibus Ecclesiæ. Cap. CXLIII.

Nulli liceat alienare rem immobilem Ecclesiæ, siue do- *Ex cōcil.*
num, siue agrum, siue hortum, siue rusticum manci- *apud Sil-*
pium, neque creditoribus specialis hypothecæ titulo obli- *uanectim*
gare. Alienationis autē verbum contineat conditionem, do- *præsente*
nationem, permutationem, & emphyteoseos perpetuū con- *Ludoui-*
tractum. Sed omnes omnino sacerdotes ab huiusmodi alie- *core. c. 5.*
natio ne abstineant, pœnas timentes, quas Leoniana con-
stitutio minatur.

De eadem re. Cap. CLXV.

Si princeps voluerit rem immobilem sanctis locis præ- *Ex eodē.*
stare, & accipere ab eo aliam immobilem rem, & eo mo- *cap. 6.*
do permutationem contrahere, liceat hoc facere ei diuina
pragmatica sanctione ab eo promulgata.

De præstariis viduarum Ecclesiarum vt non
valeant. Cap. CLXVI.

VT precariæ & commutationes, tempore viduarum *Ex conc.*
Ecclesiarum factæ, ab his qui loca episcoporum occu- *apud Bel-*
pauerant, rescindantur, & cum autoritate Ecclesiastica, vel *uacii, cui*
ciuili, si faciendæ sunt fiant. *Ludoui-*
cus impe-
rator in-
tererat.

De eadem re. Cap. CLXVII.

Precariæ à nemine de rebus Ecclesiasticis fieri præsu- *cap. 10.*
mantur, nisi quantum de qualitate conuenienti datur *Ex eodē*
ex proprio, duplum accipiatur ex rebus Ecclesiæ, in suo *cap. 11.*
tantum qui dederit nomine, si res proprias & Ecclesiasticas